

## **Tarragona (Diócesis).**

**Aurea gemmataue insularum balearium, [et] pituytarum ebusi, [et] frumentariae, diocesis tarraconensis partitio in tres dominos co[n]quistatoru[m] sucesores, in iurisdictione ciuili, [et] criminali, cu[m] mero,[et] mixto imperio ... omnio prorsusque coaequales D.D. Aragoniae Rege[m], Tarraconens Archiepiscopum [et] archidiaconum S. Frustuosi super clericos ...**

[s.l.] : [s.n.], [entre 1600 y 1650].

Vol. encuadernado con 23 obras

Signatura: FEV-AV-G-00189 (23)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

*Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente*



**A V R E A**  
**G E M M A T A V E**  
 Insularum Balearium, & Pituytarum  
 Ebusi, & Frumentariæ, Diœcesis  
 Tarraconensis.

**P A R T I T I O,**

Inter tres Dominos Cõquistatorũ Succes-  
 sores, in iurisdictione ciuili, & criminali,  
 cũ mero, & mixto imperio, & omnimoda  
 gladij potestate, omnino prorsusque coæ-  
 quales D. D. Aragoniæ Regē, Tarraconens.  
 Archiepiscopum, & Archidiaconum S.  
 Frustruosi super clericos, etiam ex Regia  
 confessione, sibi subditos, potestatem ha-  
 bentem pro nunc D. Hieronymum

Vidal; ex capibreuio trium do-  
 minorum extracta.

Ex qua apparet, quæ Archidiaconatui integre,  
 atque inexcusabiliter inter alia iuxta verita-  
 tem, sacrosæ Canones, restituenda; quæve ei-  
 dem conseruanda pro conscientia tutamine  
 sint, ac debeant; proclamantibus constitutioni-  
 bus Prouincialib. Tarraconens. ab Apostolica  
 Sede confirmatis, Concilijs, Tridentino præser-  
 tim, & Bulla in Cœna Domini.

*Sessione 22. cap. 11.  
 clausula 17.*



**R** E X P O S T, Vt clare Portiones,  
 & Iurisdictiones, seu partitæ dictæ Insulæ  
 Euicæ, triumq; officialiũ prædictorũ, Ca-  
 stri, Villæ, & Insulæ iam dictæ, videlicet Ma-

A gnifici

*A principio D. Archiepiscopi Minister, prætor, D. Regis & Præpositi, Baiuli in antiquis scripturis appellatur, à D. Rege don Ferdinãdo Congentes.*

1433.

gnifici Gubernatoris ex parte dicti Domini Regis, & honorabilis Baiuli, ex partibus Reuerendorum Dominorũ Archiepiscopi, & Præpositi Tarraconen. seu Partes, aut Partitæ pertinentes ipsis dominis, Regi, Archiepiscopo, & Præposito, in primis agendis patefiant, & ad oculum videantur, seu de cætero reperiantur; fuit hic translatum scriptumque, & continuatum per me dictum, & infra scriptum notarium, & scribã, principiũ scriptũ in quodã Capibreviij libro dicti Domini Archiepiscopi Tarraconen. de ipsius parte, seu Portione facti repertum, & inchoatum sub die vigesimo mensis Aprilis, anno à Natiuitate Domini millesimo quadragesimo trigesimo tertio; in quo libro dictæ Portiones, seu Partitæ, & Iurisdictiones, ac alia descripta sunt, & continuata in hunc, qui sequitur modum, sub tenore sequenti.

*Nota.*

**I**N Nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amē. Reseretur & cunctis patefiat, huius publicæ scripturæ seriẽ vbilibet inspecturis. Quod sub anno à Natiuitate Domini millesimo quadrigentesimo, & c. die vero lunæ intitulata, & c. mēsis, & c. honorabilis, & magne providentiæ, vir & Dominus Raymūdus, & c. ac Reuerend. in Christo patris Domini domini, & c. sanctę Tarraconen. Ecclesiæ Archiepiscopi in Villa & Insula Euicæ Vicarius generalis, ac Commissarius cum potestate plenaria infra scripta faciendi, peragendi, & exercendi: prout de sua prouisione, & commissione patet, quadam patente litera dicti Reuerendiss. domini Archiepiscopi, suoque sigillo maiori in dorso, vt prima facie videbatur sigillata, tenoris & continentię sequentium.

Gondifalvus, & c.

Volens circa vel iuxta formam sibi traditam & potestatem de & super prædictis procedere diligenter & cautè, taliter, quod Ius, Portio, & Iurisdictione dicti Reuerendiss. domini Archiepiscopi, & Ecclesię suæ non lædatur, nec præiudicetur, cū potius valeant vltèrius omnino cõprobari, processit ad capibreviandum sub hac, quæ sequitur forma.

*D*

2

*De Castro & Insula Euicæ diœces.  
Tarraconen.*

**C**Astrum, & Villa, ac homines habitâtes in ipsis sunt cõmunes inter Reuerend. dominum Archiepiscopum Tarraconæ, & Dominum nostrum Regem Aragonum, vt succedentem illustribus Dominis Regibus Maioricarum, & Reuerendum dominum Præpositum, ac Capitulum honorab. Tarraconen. vt succedentes in locum Nobilis Nūnonis Sanctij, quòd tertium per tertium, prout est iam diuisum per Hospitia, & secundum Hospitia iustitiæ diuiduntur.

*De his quæ extra Castrum in Insula  
Quartonus Archiepiscopi.*

**E**Xtra Castrum vero, & Villam in omnibus honoribus & insula Frumentariæ habet dictus dominus Archiepiscopus duos Quartonos, de quibus habet decimã integre de omnibus; & Dominus Rex Maioricarũ, seu dominus noster Rex Aragonum, illi succedens, vnum Quartonum; & dicti Domini Præpositus, & Capitulũ Tarraconen. qui succedunt in locum domini Nūnonis Sanctij, alium Quartonum. Et illi habent similiter in eorum Quartonis decimam. Et iustitiæ similiter diuiduntur secundum Quartonos, quos habet quilibet.

Et etiam quilibet dictor. Dominorum habet in suo Quartono, siue Partita æqualẽ iurisdictionẽ, ciuilem, & criminalem, merum & mixtum imperium, ac iuramenta, & homagia fidelitatis, & vassallagij.

*Quartonus Regis, & Quartonus Præpositi, seu  
Archidiaconi.*

**Q**uartonus vero, quem dictus Dominus Rex habet in Insula Euicæ vocatur Quartonus de sancta Eulalia. Et duo Quartoni dicti Domini Archiepiscopi; vnus vocatur, Lo Quarto de las Salines, & alter vocatur, Lo Quarto de Balâcat. Et Quartonus dicti Domini Præpositi vocatur, Lo Quarto de Portmany.

*A multis retro annis frumentaria facta est cõmunis iurisdictionis, quia inhabitata & eius dominiũ tertio quoque anno ad vñũ triũ dominorum de consuetudine spectat, & sic naufragia & alia.*

*Ex quo cõdemnatur inuasio ministrorum Regaliũ etiã sub cõsursis in partitis Archiepiscopi & Archidiaconi immiscetiũ se audacẽter visitationi Guaitarũ maritarum & alijs ad dominos Ecclesiasticos pertinentiũ in suo mari. detestabilior autẽ nominatio Quartonarij ad id officij cõtra licentias Regias in vsurpationẽ iurisdictionis facta per Ioannẽ Põs.*

*Mini-*

*Ministri iustitiæ trium dominorum in Euiça D.D.  
Regis, & Archiepiscopi, & Archidiaconi.*

*Hoc, quo tēpore fuit  
factū hoc capibreniū,  
nā antea vnusquisq;  
Dominus absolute sen-  
tentiabat.*

**D**ictus Dominus Rex tenet in Euiça pro nunc Gubernatorem; & dictus Dominus Archiepiscopus tenet in Euiça duos Officiales in temporalibus, qui exercēt ibidem iurisdictionem temporalē, videlicet Vicarium, & Baiulum; qui quidem Vicarius est ordinarius, & iudex primitiuus Partitæ portionis & Quartonorum dicti Domini Archiepiscopi. Et à sentētijs & iudicijs, qui & quę dantur per dictum Vicarium, tam in ciuili, quàm in criminali appellatur ad Baiulum Præfatum eiusdem Domini Archiepiscopi, & à dicto Baiulo appellatur ad dictum dominum Gubernatorem Euiçę. Et si omnes tres sententię fuerint concordēs, vltērius non est appellandū, sed remittitur negotium exequēdum per dictum dominum Gubernatorem Baiulo dicti Domini Archiepiscopi, & per dictum Baiulum remittitur Vicario præfato, tanquam ordinario iudici primitiuo, vt præfertur.

*Minister Præpositi, seu Archidiaconi.*

**E**T Dictus Dominus Præpositus habet & tenet in Euiça Baiulum, qui iudex est ordinarius pro illo, & exercet iurisdictionem ciuilem, & criminalem in suo Quarto, & in sua Partita, ac portione. Et à dicto Baiulo appellatur ad prædictum dominum Gubernatorem Maioricarum. Et transacta sententia in rem iudicatam à qua vltērius non sit appellandum, remittitur à Gubernatore Maioricarum ad Gubernatorem Euiçę. Et à dicto Gubernatore Euiçę remittitur negotium exequēdū prædicto Baiulo domini Præpositi, tanquam ordinario & Iudici primitiuo, vt præfertur.

*Antea enim omnes si-  
mul Domini Guber-  
nabant, sed propter  
fraudē emolumentorū  
inter ipsos diuidendo-  
rū fuit vnusquisq;  
Domino assignatus vnus  
annus cū omnibus fru-  
ctibus & Officijs.*

*Communis iurisdictio locorum communium.*

**A**Liqua sunt enim loca & possessiones, Hospitia & Domus, quæ sunt in communi iurisdictione omnium dominorum prædictorum, de qua communi iurisdictione vritur sic hodiernis temporibus, videlicet quòd Gubernator prædictus tenet per vnum annum, & exercet dictam communem

munem iurisdictionē. Et quidquid ex exercitio dictæ communis iurisdictionis prouenit in illo anno, retinet penes se dictus Gubernator. Et eodem modo regit dictus Dominus Archiepiscopus, seu dictus eius Vicarius dictam communem iurisdictionem per vnum alium annum. Et dictus Baiulus prædicti Domini Prepositi Regit ad idem, prædictam communem iurisdictionem per vnum alium annum. Et quilibet dictorum Officialium retinet in suo anno quicquid ex exercitio dictæ communis iurisdictionis prouenit, & sic perpetuo vitur.

Pero del temps de la guerra del Rey de Castilla en sa, lo Gouernador qualque sic Capitaneje la Isla tota, é te la pau, y la guerra en sa ma.

*Es a saber, a beneplacis del Archebisbe, y del Pauordre.*

*Las plaças de la comun juridicion, las quales de tres en tres años, ò simultaneamente tocan a los tres con señores.*

**L**A Uniuersidad. El Puerto de la villa, con todos los Nauios, y Marineros. El cabo de la Puente, y officio de Admirallo, ò administracion de las barcas. El arrabal y marina, con las barcas, y casas. La plaça de las tres Cortes. La Torreta. Villanueva, y partida de Santa Lucia. Carnizeria. Las Salinas, y Estaños, cõ los que sacan la sal. Mercado. La Formentera. La Extraccion de officios uniuersales, para los quales cada señor tiene vna llauē del arca del Regimiento. La insiculacion. Visitar la Uniuersidad. El Patronazgo de la Parroquial. Hazer leyes, estatutos, ordinaciones, y pragmaticas para toda la Isla. Poner pechos, alcaualas, imposiciones, y derechos en la sal, y en las demas cosas. Mandar a los Jurados, y a los demas oficiales uniuersales. Dar licencia de tener Almedrauas, y para sacar sal para tierra de enemigos. La carzel, y hazer carcelero. Hazer Dereçanero. El Sello para legalizar escrituras, y hazer las despediciones de los Baxeles, y passaportes. La Horca. El Verdugo, q̄ es vn esclauo mercado por todos los tres Señores, pagado el Arçobispo la mitad del precio, como señor de la mitad de Iuiza.

B Vni-

## *Vniuersitas.*

**S**ED Licet dicta insula, & dicta villa, ac dictum Castrum sunt diuisa, & Diuisum, vt superius expressatur; attamen habitantes in eisdem faciunt vnam Vniuersitatem, & vnum Corpus, & vnum Concilium ex indulis, Pragmaticis, & prouisionibus Omnium Dominorum prædictorum. Quæ quidem Pragmaticæ, indulta, & prouisiones, quæ per dictos Dominos principales cõceduntur proceribus, & habitatoribus dictarum Villæ, & Insulæ habent esse Consimiles, \* alias illis non possent vti.

### *Iurati.*

*Hoc fuit mutatum.*

**A**Nnis singulis Eliguntur per Concilium Generale dictæ Vniuersitatis, tres Iurati, vnus de manu maiori, Alius de manu mediocri, alius pro Proceribus forësis, siue de fora, prima die mensis Aprillis. Qui cum sunt electi præsentantur prædictis, Governatori, & Baiulo prædicti domini Archiepiscopi, & Baiulo prædicti domini Præpositi. Et iurant in posse ipsorum, hoc videlicet modo. Quod omnes dicti tres Domini tenent in simul, in eorum manibus sancta dei quatuor Euangelia. Et dicti Iurati Iurant, quod ipsi vtentur dicto officio Iurariæ, fideliter, legaliter, atq; bene, ad cõmodũ profituũ, vtilitatem, & honorem dictorum Dominorum, dictæque Vniuersitatis, & singularium eiusdem, ac totius Reipublicæ, omni fraude cessante.

### *Mofasaffus.*

**S**imili modo annis singulis in festo Pasche Resurrectionis Domini per Cõcilium secretum creatur, & eligitur Mofasaffus. Qui cum electus est, iurat ad idẽ, in posse dictorum Dominorum modo, quo supra, antequam dicto vtatur officio, quod vtetur fideliter, legaliter, atq; bene dicto officio, ad honorem, & vtilitatem omnium Dominorum prædictorum, & totius Reipublicæ.

Qui etiam tenetur in fine anni reddere Computum de Bannis, quæ peruenierint ex dicto officio, \* & retenta sibi de illis tertia pars tenetur dare nulla ratio vniuersitatis, aliam tertiam partem inter omnes tres Dominos prædictos æquis partibus diuidendam.

*Sciua,*

*Nihil horum fit, est  
quæ faciendum.*

*\* Ponitur vt iacet  
in exemplare.*



*Scriua,*  
*Guardia,*  
*Terç Arbitrador,*

*Officials Annas.*  
*De la sal de Euiça.*

**S**imili modo, Annis singulis, infesto omniũ sanctorum eliguntur per cõcilium secretum dictæ vniuersitatis prædicti tres officiales salis. Qui cū electi & creati sunt, Præsentantur per Iuratos omnibus prædictis tribus Dominis, in quorum posse, & manibus iurant de benè utendo dicto officio, modo, & forma, quo prædicti iurati & mostaçaffus iurant.

*Ius Salis Salinarum,*  
*Trium Dominorum.*

*Nota.* **D**E Sale vero Euiçæ habent communiter inter omnes prædictos tres Dominos de quolibet Modino, octo solidos Regalium maioricarum. De quibus habet prædictus dominus Archiepiscopus quatuor solidos. Et dictus Dominus Præpositus duos solidos. Et dictus dominus Rex alios duos solidos. \* Est tamen verum, quod hodiernis temporibus, de prædictis duobus solidis domini Regis, venerabilis Franciscus de Claperijs, miles percipit quatuor denarios dictæ monetæ; & pro successione hæreditaria Petri Gall militis, quondam, qui illos habebat ex Regia concessione, & Donatione.

*Concessio facta Vniuersitati de 16. denarijs per omnes tres Dominos & non aliàs.*

**E**tiam percipit vniuersitas villæ Euiçæ, ex donatione eis facta per omnes Dominos prædictos, pro reparatione, & tenendo in condirecto Muros, & vallos Castri, & Villæ Euiçæ; & pro soluendo, Lambuts, De missatge, Talayis, & Guaytis, & similibus, sexdecim Denarios præfatæ monetæ. Attamen Clauarius qui millaresium dictorum sexdecim Denariorum recipit, debet, & tenetur de eisdem in posse omnium prædictorum Dominorum, annis singulis reddere Computum, & rationem, vt videatur si fuit conuersum in vsus, quos decet.

*omnia abrogata & restituenda.*

*Rex vti succedēs in iuribus Infantis non potest, nec vllomodo debet percipere nunc nisi, 14. denarios Euiçæ. Solidus Maioricen. reductus ad quartos Castellæ facit tres quartos. Ad monetã verò Cathalonie. 12. denarios & obolum.*

*Notanda audacia Ministrorum contra Pij Regis voluntatẽ exigẽtiũ contra Decreta Pontificia, Bull. in Cœna Dñi. C. 17. Et Trident. Conc. Sess. 22. cap. 11.*

*& const. Prou. Tarr. ab Apostolica Sede confirmatas. 8. & amplius Regalia pro vno quoquo Modino, siue mensura salis, sine consensu Archiepiscopi & Archidiaconi, sine quib. nihil validũ, cõtũ irritũ est, cũ inexcusabili restituendi obligatione.*

*Impositio Quatuor denariorū super quolibet modino  
salis de consensu tamen trium Dominorum  
& non alijs.*

*Nota.* **I**Nquam in anno á Natiuitate Domini, millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, de voluntate omnium Dominorum Euiçæ, & ad supplicationem Vniuersitatis fuerunt additi prædicto Millaresio Quatuor denarij maioricarum pro quolibet modino salis. Sic quod pronunc Vniuersitas iam dicta Percipit pro millaresio prædicto, super quolibet modino salis viginti denarios.

*De Laudimijs Villæ, è de les faldes.*

*Intus Villam.* **D**E Omnibus & singulis Venditionibus, & alienationibus, quæ fiunt de Hospitijs, domibus, & alijs quibusuis proprietatibus, & possessionibus, ac Censualibus, quæ sunt intus mænia, siue muros, & in faldio etiam dictæ villæ soluit prædicto domino Archiepiscopo; de Illis tamen quæ, sunt in eius partita, & Portione, sicut & alijs prædictis dominis soluitur de Illis, quæ sunt in eorum partitis, & portionibus de *15. pro laudimio.* intrata etiam stabilimentorum Quintumdecimum, siue Quinze.

*De laudimijs extra villam. & faldes,  
Castri & Ville.*

*Extra Villam.* **D**E Omnibus, & singulis Alquarijs, Raffallis, hortis, hortibus, & alijs quibusuis Possessionibus, & censualibus, quæ venduntur, & alienantur extra villâ Euiçæ, & in Insula de Formentera, in sua tamen partita, & iurisdictione dicti domini Archiepiscopi, soluitur prædicto domino Archiepiscopo *80. pro laudimio.* Tricesimum, siue Trenta, & de intrata etiam stabilimentorum.

Sed si aliqui habitatores voluerint Vendere, & seu alienare aliquas eorum possessiones in viam stabilimenti; illud est eis permissum ex priuilegio, & consuetudine. Et possunt sibi retinere censum, quem voluerint cum certa intrata, & solum Laudimium de Intrata dumtaxat. Hoc declarato, quod quotiescumque contigerit prædictum censum sui, seu redimi per possessores

5  
posse flores dictarum possessionum, seu proprietatum in Redem-  
ptione dictorum censuum soluitur laudimium, videlicet  
intus Villam, Quintumdecimum, & extra villam, Tricesi-  
mum.

*Stabilimentorum.*

*Sequuntur onera ordinaria, quæ Reuerendissimus  
Dominus Archiepiscopus, & alij domini Prædicti  
habent, & tenentur soluere in Euiça.*

### *Octo Cauallariæ.*

*Archiepiscopi.*

**P**RIMO Siquidè habet tenere pro ꝑ defensione Ter-  
ræ, seu eam defendere Dominus Archiepiscopus an-  
te dictus Octo equos armatos, cum suis equitibus ar-  
matis; de quibus sunt quatuor Caualleriæ perpetuo. De qui-  
bus possident pro nūc tres, videlicet, vnā honorab. Frāciscus  
de Claperijs miles; & Vener. Petrus Mari Vnam aliam; & ve-  
ner. Franciscus Mari eius frater aliam, & Bernardus Nicolay  
possessor Alquariæ Vocat. Alcudeya. *viii. Cauallsarmats.*

Sed de Istis Quatuor cauallarijs non soluit dictus Domi-  
nus Archiepiscopus solidum, seu stipendium, nisi de tribus, *Franciscus de Cla.*  
videlicet de illa, quam possidet Franciscus de Claperijs miles. *pers.*  
Et de illa, quam Vener. Patrus Mari. Et de illa quam possidet *Pere Mari.*  
Vener. Franciscus Mari eius frater. Et pro quibus quidem *Francis. mari.*  
Tribus Cauallarijs soluuntur quolibet anno Centum duode-  
cim libræ, & decem solidi, monetæ Regalium Maioricarum,  
minutorum, ad rationem Trigintaseptem librarum, & decem  
solidorum dictæ monetæ pro qualibet Cauallaria. Et possunt  
illas vendere, quibus voluerint. Tamen de pretio venditionis,  
aut alienationis tenentur soluere laudimium dicto Domino *XV. pro Laudimio*  
Archiepiscopo, videlicet ad quintum decimum. *Caualleriarum.*

### *Quarta Cauallaria.*

**P**RO Prædicta vero quarta Caualleria, quam possidet  
Prædictus Bernardus Nicolay, nihil tenetur soluere  
prædictus Dominus Archiepiscopus, nec solidum aliquem.  
Immo potius idem Bernardus tenetur tenere equum Arma-  
tum, bonum, & sufficientem, & facere dictum seruitium equi  
armati *Benet. Nicolan.*

C

*Benet Nicolau.*

armati suismet sumptibus, & expensis pro dicta Alquarea sua; & etiam soluere Honor. Camerario Sedis Tarraconen. Annis singulis, Viginti florenos auri Aragoniæ. positos in Tarracona; & ex alia parte dicto Domino Archiepiscopo annis singulis, decem Quarterias bladij: videlicet quinque quarterias frumenti, & quinque ordeï.

Aliæ vero quatuor Caualleriæ dantur ad beneplacitum prædicti Reuerendissimi Domini Archiepiscopi; sed soluentur pro eisdem, annis singulis, de redditibus dicti Domini, Centum libræ Regalium Maioricarum, minorum, ad rationem Viginti quinque librarum pro qualibet Cauallaria.

*Quartonus Sanctæ Eulaliæ Domini Regis.*

*Quatuor Cauallariæ.*

Similiter Illustrissimus Rex tenetur tenere, & tenet quatuor Cauallarias æquitum armatorum, pro quartono de Sancta Eulalia, & alijs iuribus, quæ possidet in Euiça\* ex Successione Infantis Portugalis.

*Quartonus Portus Magni Præpositi*

*Quatuor Cauallariæ.*

*Hos per vim vsurpatur à Regijs ministris*

Eodem modo Prædictus Dominus Præpositus pro Quartono Portus Magni, qui fuit Nunnonis Sanctij habet tenere alios quatuor æquites Armatos; \* Tamè dat illos ad beneplacitum illis, quibus eos dat.

*Salarium Baiulorum.*

*Baiuli Episcopi.*

Etiam dat, & soluit annis singulis prædictus Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Baiulo suo prædicto, què (vt supra) tenet in Euiça Viginti quinque libras per tres tertias anni, videlicet de quatuor in quatuor mensibus, pro salario officij vtriusque illorum.

*Sis Guaytes.*

*Hæc salaria sibi iniuste imburauerunt Regij Gubernatores. Nō*

Soluit etiam prædictus Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus pro illis sex Guaytis, quæ de nocte faciunt Guaytam in castro Euiçæ, & de quibus dat dictus

ctus Dominus Archiepiscopus duas, & Dominus Rex duas, & Honor. Præpositus aliàs duas, Triginta sex libras ad rationem decæ & octo librarum pro qualibet Guayta monetæ ante dictæ.

enim fuit dicta Guayta. Et Archidiaconus postulat sibi restituat a die cessationis faciendi Guaitas prædictas ut par est.

Successiue prædictus Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus tenetur soluere annis singulis Ecclesiæ Beatae Mariæ Euicæ, seu verius Præposito eiusdem, à fundatione dictæ Ecclesiæ; & quæ soluuntur in mense Madij, sexdecim libras Duodecim solidi, & sex denarij monetæ ante dictæ.

Verius Parrocho, seu Rectori.

### *Domini Regis.*

**E**T Prædictus Dominus Rex soluit Quindecim libras, duodecim solidos, & sex denarios dictæ monetæ.

### *Præpositi.*

**E**T Honor. Præpositus Tarraconen. aliàs Quindecim libras, Duodecim solidos & sex denarios.

Prædictæ autem Quatuor Caualleriæ dicti Domini Regis. Nunc tenent, & possident; videlicet vnam Mathias Francoli, aliam Lucas Costa, reliquam Petrus Bonet, & alteram Antonius Ferrarij habitatores Euicæ.

## EPIPHONEMA.

*Ad supra contenta in Capibreuio pro defensione immunitatis Ecclesiæ Tarraconen. & Archidiaconatus S. Fructuosi.*

**S**Acra Trident. Synodo decernente, Bulla in Cœna Domini, & constitutionibus Tarraconen. ab Apostolica Sede confirmatis, proclamantibus; Si quis Clericorum, vel Laicorum quacumque dignitate præfulgentium, supradicta, siue hætenus, vel in futurum in Insulis Euicæ, & Frumentariæ memoratis, quauis occasione, vel causa occupauerit, vel usurpauerit, vi, vel timore incusso, vel quouis quæsito colore: aut supra bonis Ecclesiasticis, eorumque fructibus, redditibus, & ptoentibus in dicta Insula consistētibus, rallas, præstantias, & alia onera, \*quale est illud in Euicæ, Impositū Nouum, sic appellatum, LXIII. scutorum aureorum supra redditibus Archidiaconatus; & C. XXVIII. supra bonis Archiepiscopi, (de quo grauer est cōquestus Archiepiscopus D. Antonius Augustinus) sine Rom. Pōtificis speciali, & expressa

Lib. de Religione. Sess. 22. ca. 11. clausula 17. & 18. lib. 1.

pressa licētia (quę nūquā hīc interuenit) imposuerit, vti fuit dictū Impositū factum, & seu diuersis, & exquisitis modis exegerit, vti exigitur; aut sic imposita etiā ab spē dantibus, & cōcedentibus receperit; & directe, vel indirecte, qui prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdē auxiliū, consiliū, vel fauorē præstare, nō veritus fuerit; siue in illis terris Euiçæ Præsides, aut vbiq; siue cōsiliarius, aut quauis etiā pontificali dignitate insignitus extiterit: vel qui impedierit per se, vel per suppositas personas Clericorū, vel laicorū, ne libere percipiātur ad quos ista spectāt, Archiepiscopo, nimirū, & Archidiacono S. Fructuosi, Doct. Hieronymo Vidal, non Donatarijs, sed (quod singulare est in Ecclesia) Conquistatorum Apostolicis successoribus, etiam septingentorum Ecclesiasticorum in illarum Insularum obsidione, & captura, sanguine profuso; IS anathemati tam diu subiacet bit, quam diu iurisdictiones, bona, res fructus, redditus, census, ac iura etiam feudalia, & emphyteutica, ac denique emolumenta, impositiones, seu quascumque obuentiones, ipsi Ecclesiæ, seu eius Beneficiato, non quomodocumque, aut qualitercumque, sed integrè restituerit, ac deinde à Rom. Pōifice absolutionem obtinuerit.

Adeoque seuerè pia Mater Ecclesia in his, sine strepitu, seu tela iudicij procedendum decreuit; Quod cultus diuinus deuotè exerceri, & Prælati, cæterique Clerici in residentijs, & officis suis (eodem Sacro enatrante Trident Concilio,) quieti, & sine impedimentis, cū fructu, & ædificatione populi permanere valeāt.

Interim verò inuasores vassallorū Ecclesiasticorū, & bonorū, & Iudicaturæ\* (si qui fuerint) meminerint tremēdi illius è celo Iudicij, percussione Alapæ cōtestibus hystoriographis, Sorita, Carbonelio, Mōtanerio, Iustiniāno fratre S. Dominici, & P. Ribadeneira Societatis Iesu in suo Sāctorali, per Prothomartyrem Teclam aureis spiculis irradiantē, & gloriæ hemicyclo præfulgentem, datæ in faciē illius, præmissa citatione à Tarracon. Capitulis, & Canonicis, qui vassallos Tarraconen. Ecclesiæ sibi asciscere, & appropriare, etsi oblata eidē Ecclesiæ æquali recōpensatione, (vt fertur) in numero, & qualitate, attentasset.

Nec mirum, cum referente Valerio Maximo, Deus Gentilibus delubra suorum Deorum etsi falsorum diripientibus, & si mulachra suis gemmis, & monilibus spoliantibus, flagella crudelia immitteret. Cuius rei causam reddēdo\* S. Augustinus dicit, eò fecisse, quia etsi falsi dij essent illi, tandē nomen Dei haberent; & vti suos Deos colerēt. Quid ergo erit de talium inuasoribus in Ecclesia sancta Dei? Quid de his qui, quò largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt à pijsimo Rege semper Catholico, & aliqui etiā à suprēmo Consilio, ornati eò sanctius, quę Ecclesiastici iuris sunt, tãquā Dei præcipua, eiusque patrocinio tecta, venerari deberēt? Quid de magistratibus libertatē, & immunitatē, atq; iurisdictionē Ecclesiæ Tarraconen. tēporalē impediētibus, cū deberent esse alijs exemplo ad pietatē religionē, Ecclesiarumq. protectionem. Sibi caueant & districti iudicij gladiū pertimescant per viscera Iesu Christi, cui sit laus, honor, & gloria, per infinita sæculorū sæcula, Amen.

*Balla in Cœn. Dom.  
C. XVII.*

*Seff. xxv. cap. xx.*

*In vita Petri iij. A  
ragonie Regis.*

*Ambo subsequētes in  
suis historijs.*

*In vita S. Vicentij Fertulo, &  
Canonici, qui vassallos Tarraconen.  
Ecclesiæ sibi asciscere, & appropriare, etsi oblata eidē Ecclesiæ æquali recōpensatione, (vt fertur) in numero, & qualitate, attentasset.*

*Lib. I. de Religione.*

*In lib. de Cin. Dei.*

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

1812

1813

1814

1815

Faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.













